THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
13. Jh. Seite 96v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quippe interpretatur dealbatio cui seruit iacob propter rachel. Neque enim
se quisque conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iusticie nisi
ut quiete uiuat in uerbo. ex quo uidetur principium. quod est deus. Ergo propter
rachel non propter liam seruitur. Nam quis tandem amauerit in operi
bus iusticie laborem actionum passionum. Quis eam uitam propter seipsam
expecierit. Sicut nec iacob liam. sed tamen sibi supposita in usum
generandi amplexus eius fecunditatem expertus est. Dominus enim eam quia per
seipsam diligi non poterat primo ad rachel perueniretur tolerari fe
cit. Deinde propter filios commendauit. Ita uero unusquisque utilis
dei seruus sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus.
Quid aliud amans in sua conuersatione proximi ne cuiquam noceantur.
id est honora patrem tuum et matrem. Non mechaberis. non occides.
non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces uxorem
proximi tui. Non concupisces rem proximi tui. Quibus obseruatis
postea quam homini per concupita delectatione doctrine per tempta
tiones uarias per huius seculi noctem tolerantiam laboris adheserit.
Velud pro rachel lia inopinatu coniungitur. et hanc sustinet ut
ad illam perueniat si perseuerantem amat. Acceptis aliis vii. pre
ceptis ac si ei dicatur. Seruit alios vii. annos propter rachel ut
sit pauper spiritu. mitis. lugens. esuriens. siciens et iusticiam. mi
sericors. mundi cordis. pacificus. Vellet enim homo si fieri pos
sit sine ulla tolerantia laboris que in agendo paciendo que am
plectenda est. Statim ad pulcre contemplationis delicias perue
nire. sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim uidetur signifi
care quod dictum est. ad iacob. Non moris in hoc loco ut minor ha
beatur prius quam maior. quia non absurde maior appellatur. quem tempore
prior. Est autem in operatione hominis labor boni operis quam requies